



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XLV. Markgraf Ludwig belehnt Nicolaus Voigtsdorf mit Besitzungen in
Voigtsdorf, am 20. September 1338.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

ris pluribus fide dignis. Datum Berlin, anno domini M^o. CCC^o. XXXVII^o., proxima dominica post festum beati Jacobi.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XLV. Markgraf Ludwig belehnt Nicolaus Voigtsdorf mit Besitzungen in Voigtsdorf, am 20. September 1338.

Contulimus et presentibus conferimus Discreto viro nycolao, dicto voydsdorp, suisque veris et legitimis heredibus XVI frusta annuorum reddituum in villa dicta voydsdorp cum omni iure, honore, vtilitate, commodo et libertate, sicut henningus de voydsdorp a nobis tenuit et possedit sine impedimento quolibet tenenda perpetuisque temporibus iusto feodi titulo possidenda, tali tamen modo, quod ipse heredes et successores sui nobis heredibus et successoribus nostris dum vocati vel requisiti fuerint, seruitio dextrarii famulari. In cuius etc. Testes Johan büch, haffo de wedel, Rutenic, milites, Haffo, senior, wedko de wedel, Tydeko Brederlo cum ceteris. Datum Torgelowe, anno domini M^o. CCC^o. XXXVIII^o., in vigilia mathei.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XLVI. Markgraf Ludwig belehnt Helmwig Büz mit Bedehungen in Babbín, am 12. October 1338.

Nouerint etc. Quod nos Ludouicus etc., contulimus et presentibus conferimus strenuo viro Helmbich Büz suisque veris et legitimis heredibus precariam super XXX mans tam denariorum quam annone in villa dicta Babbín cum omni iure, vtilitate, commodo, vsufructu et honore sicut ipsam tenuimus et habuimus perpetuis temporibus quiete et pacifice possidendam. In cuius etc. Testes Haffo, senior, Tydericus Brederlo cum ceteris. Datum Kungesberg, anno domini M^o. CCC^o. XXXVIII^o., feria secunda post dyonisi.

Hanc literam egit Haffo, senior, et Tydekinus Brederlo et fuit eis commissa in campis ibidem.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).